Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut cum amicis meis epularer. Sed
postquam filius tuus hic qui devora
uit substantiam suam cum meretri
cibus venit occidisti illi uitulum sa
ginatum. At ipse dixit illi. Fili tu sem
per mecum es et omnia mea tua si
Epulari autem oportebat et gaudere
quia frater tuus hic mortuus fuerat
et revixit perierat et inuentus est.

Dicebat autem
XVI
ad discipulos suos. Homo
quidam erat dives qui ha
bebat villicum. Et hic diffamatus
est apud illum quasi dissipasset bo
nus et vocauit illum et ait illi. Quid
hoc audio de te. Redde rationem
villicationis tue. Iam enim non poteris
ultra villicare. Ait autem villicus in
se. Quid faciam quia dominus me
aufert a me villicationem. Fodere non
valeo mendicare erubesco. Scio quid
faciam ut cum amotus fuero a vil
licatione recipiant me in domos suas.
Conuocatis itaque singulis debito
ribus domini sui dicebat primo. Quan
tum debes domino meo. At ille dixit
centum cados olei. Dixitque illi. Ac
cipe cautionem tuam et sedens cito scri
be quinquaginta. Deinde alio dixit.
Tu vero quantum debes. Qui ait. Cen
tum choros tritici. Ait illi. Accipe lit
teras tuas et scribe octoginta. Et
laudauit dominus villicum iniqui
tatis. eo quod prudenter fecisset. Quia
filii huius seculi prudentiores sunt fi
liis lucis in generatione sua. Et ego
vobis dico. Facite vobis amicos de
mamona iniquitatis ut cum defeceritis
recipiant vos in eterna tabernacula.
Qui fidelis est in minimo et in ma
iore fidelis est. Et qui in modico
iniquus est et in maiore iniquus est.
Si ergo in iniquo mamona fideles
non fuistis quod verum est quis
credet vobis. Et si in alieno fideles
non fuistis quod vestrum est quis
dabit vobis. Nemo potest duobus
dominis seruire aut enim unum
odiet et alium diliget aut unum ad
herebit et alterum contemnet.
Non potestis deo seruire et mamo
ne. Audiebant autem omnia pha
risei qui erant auari et deridebant
illum et ait illis. Vos estis qui iusti
ficatis vos coram hominibus deus
autem nouit corda vestra quia quod ab
hominibus altum est abhomina
tio est ante deum. Lex et prophe
te usque ad iohannem prophetauit
et ex eo regnum dei euangelizatur.
Omnis in illud vim facit. Facilius
est autem celum et terram preterire
quam de lege vnum apicem cadere.
Omnis qui dimittit uxorem suam
et ducit alteram mechatur. Et qui
dimissam a viro ducit mechatur.
Homo quidam erat dives et in
duebatur purpura et bysso et epu
labatur cotidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine lazarus
qui iacebat ad ianuam eius vlce
ribus plenus. cupiens saturari de
micis que cadebant de mensa divi
tis et nemo illi dabat. Sed et ca
nes venientes lingebant vlce
ra eius. Factum est autem ut moreretur

244